

QK. 180.

26

Vf
2746

EPISTOLA
I. C. A. Z.
AD AMICVM
I. H.
DE DIGNITATE INSPECTORVM
ACCISAE GENERALIS
EX IVRE COMMVNI ET SAXONICO
RECENTIORE
VINDICANDA MEDITATIONES COMPLECTENS
CVM ADIVNCTIS DOCUMENT. AVTHENT.
(Vom Rang der Accis-Inspectorum)



FRANCOFVRTI 1766.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



1792

1792

INSTITUTION
I. C. A. V.
AD AMPLIANDUM
I. H.

DE DIGNITATE INSPECTORUM
ACCISAE GENERALIS
EX HUIUS COMMUNITATIS
INSPECTORUM
VINDICANDA MEDITATIONES COMPLECTENS
CVM ADHUC IN PRAESSENTI
(Königliche Akademie der Wissenschaften)



UNIVERSITÄT
HALLÉ

1792





Quam nuper beneficio, VIR CLARISSIME, tuo accepi Rhapsodiae quaestionum in foro quotidie obuientium, neque tamen legibus decisarum Collectionem V. non ipse modo cupide perlegi; sed cum amicis etiam nonnullis statim communicavi. Cum Illustris auctoris ingenium et merita notiora sint, quam ut mea praedicatione indigeant, nolo ea attingere, quae satis curiosa diligentia in hac ruffus commentatione conclusa sunt, et legum cultoribus ob utilitatem et elegantiam commendari merentur. Hoc tamen salua reuerentia, quae viro in ista dignitate constituto debetur, fateri non dubito, in Obseru. xcix. istam Thesin: *Doctor Medicinae praecedat Inspectorem Accisae*, eo minus mihi amicisque probari potuisse, quo infirmiores in subiecto responso rationes decidendi deprehenduntur, et contraria clementissimis rescriptis regis, ut mox probabo, pronuntiantur. Itaque paucis ut complectar, quid probari in isto responso nequeat, haec adnotare libet. Iam initio hoc mirum cuiquam videri posset, hanc Thesin inter quaestiones legibus non decisas referri, et in adiuncto tamen responso ad leges, e quibus eius decisio petenda sit, prouocari,



et momenta nihilominus etiam plura adferri, quibus utcumque locus tunc demum esse posset, si leges plane deficerent. Sed particulatim percurrere ipsum responsum operae pretium fuerit. In principio statim conceditur, Inspectores Accisae esse Officiales regio et Schrifftassios, personamque adeo publicam gerere, quum Medicinae Doctores personae tantum priuatae sint. Iam vero haec ipsa Schrifftassica conditio, honoris causa et ob dignitatem muneris concessa soli personae nullo respectu ad natales vel fundos schrifftassios, praerogatiuam dat Inspectoribus Accisae, qua nobilitati ab inferiorum tribunalium et curiarum iurisdictione exemptae aequantur. vid. BAYER Delin. Iur. Germ. l. I. c. VII. §. 4. DE BERGER Elect. Disc. for. p. 106. sq. ZIEGLER ad aur. Prax. Caluol. §. *Schriffassii*. STRVV. de Schrifftassiiis c. l. circa fin. WABST v. ch. S. h. u. n. Iustitz S. II. c. II. §. 3. Si ergo Doctores ex priuilegio nobilitati pares habentur, ob id cum iis, qui honoratis officiis fungentes similibus iuribus gaudent, de praecedentia contendere non possunt: imo Inspectoris Accisae, tanquam personae publicae, (non inferioris loci, quales sunt accensi et ministri meri officialium aut magistratuuum, qui Schrifftassii ideo non fiunt,) eiusque honoratoris melior conditio hinc facile intelligitur. L. *unicuique* in princ. C. de proxim. Sacr. Scrinio lib. 12. et L. *contra publicam* in fin. C. de re milit. VASQVIVS l. I. in praef. p. 16. L. I. Cod. vt dignit. ordo seruetur. ANT. FABER l. 9. Cod. tit. 30. defm. 7. n. 3. sq. Quid quod momentum pro talis personae publicae dignitate et honore officii grauissimum ducitur ex origine et ratione iuris Accisarum, quod inter summa regalia et adnexa superioritatis territorialis ex communi consuetudine Germaniae referatur. SIXTIVS de Regal. l. II. c. VI. §. 41. sq. ERTEL Theatr. Superiorit. territor. Apparat. 9. Act. XVI. p. 167. ROSENTHAL de Feud. c. V. conclus. 74. §. 4. sq. KOPPENII Quaest. ill. 32. n. 4. et 8. COTHMANN Conf. 3. n. 253. Vol. 4. MEICHSNER Decif. Camer. tom. 2. l. I. decif. 6. n. 40. et 129. et tom. 3. decif. I. n. 13. GYLMANN rer. iud. Cam. l. 2. decif. 14. n. 27. et in Symphorem. supplic. tom. I. part. 2. tit. 6. Vol. I. n. 33. RHETIVS Disp. J. Publ. de

de Accif. c. II. toto p. 419. cf. CHASSANAEVUS Calal. glor. mund. P. VIII. confid. 19. p. 530. sq. P. VII. confid. 34. p. 500. confid. 35. p. 501. et confid. 38. p. 503. et praesertim P. V. confid. 24. n. 127. sq. p. 373. His accedit, quod in Saxonia nostra Inspectores Accisae non sunt nudi et meri collectorum aut exactorum praepositi, quales in Gallia olim *les generaux du taillon*, qui tamen honore consulario curiae praecedebant; v. BVLNGER de offic. R. Gall. p. 16. sed partem potestatis, qualis docte consideratur et magistratibus vindicatur a RHETIO laud. Disp. J. P. p. 358. sq., habent; vt quibus notio de rebus facti competit, qui in prima instantia de rebus facti cognoscunt, et in rebus dubii iuris aut grauioris momenti immediate ad Principem referunt. L. *omnes priuilegia C.* vt dignitatum ordo seruetur. Possent hic illud topicum de causa iuris praecedendi ex proximitate aliarum functionum ad negotia et delegationes Principis pertinentium tractari, nisi longe potiora superessent, quae discussionem mereantur. v. LANGE IN LIPPE tr. de ministris Principum Sect. IX. de aerarii praefecto. CELLARIUS de Domaniis c. xiv. Fides certe, vt vno verbo dicam, integritas, dexteritas, et necessaria auctoritas in rebus Principis administrandis et curandis, quae in Accisae Inspectoribus vel praecipue requiruntur, quin in censum eiusmodi meritorum veniant, quae honorem ex vtilitate publica obtinere aequum sit, nemo forte negauerit; quibus num priuilegia, Doctoribus, quatenus personis priuatis, attributa, praeponi possint, facile perspicietur, si cogitabimus exempla analogica. Doctores priuilegiis honorum exaequantur nobilibus, vt notum est. Sed nobilis inferior priuatus ciuilem hominem, dignitate publica, eaque ex arbitrio Principis honorata, praeditum, non praecedit: quod non e sagatae magis, quam togatae, militiae rationibus inter omnes gentes receptis, apparet. v. HVLDERICVS AB EYBEN de regalibus priuatorum prooem. §. XIII. opp. p. 803. et Elect. J. Feudal. c. VIII. §. XV. p. 594. Consulto autem hoc de nobilitate inferiore solum adfirmari posse et debere puto, cuius origines recte a veterum Germanorum ingenuis repetuntur. v. DAV. GEORG. STRVBEN in



Diss. de origine nobilitatis Germanicae c. II. et dec. obseru. Iur. et
 Hist. Germ. obs. prima, post tractatum de iure villicorum. Nam
 nobilitas superior, ob participationem summae potestatis et admini-
 strationis imperii, quaeuis munera et officia minoris potestatis digni-
 tate vincit; idque adeo, vt, cum nobilitatis omnis fundamentum non
 aliud sit, quam arbitrium Principis vel Ciuitatis, (v. STRVBEN Dis-
 fertat. laudata c. I. RHETIVS Diss. J. P. de dignit. c. I. p. 315. sq.)
 superior haec nobilitas ob communicatam cum ipsa maiestatis par-
 ticulam, regulariter certe et respectu territoriorum atque potentiae,
 priuilegium officiorum et munerum quae a Principe vel Ciuitate non
 nobilibus committuntur, honore praecedat. Longe grauioris mo-
 menti erit, quod in hoc responso iuridico, quo memoratam thesin
 Rhapsodiae III. Auctor satis probari credidit, sub absolutissima appel-
 latione alte graduatorum (der hoch graduirten) confunduntur Doctores
 vulgares, et priuatam tantum personam sustinentes, cum doctores
 publicam tam in academiis, quam dicasteriis, qui
 sustinent, et quibus de praecedendi iure, legibus dudum definito
 litem temere nemo mouerit. Quantum enim discrimen dignitatis
 intercedat inter Doctorum priuatorum et academicorum, eorumque
 qui in aulis vel dicasteriis munere publico funguntur, sortem, ipsi
 rerum argumentis et quotidiana experientia edocemur, et luculenter
 exponunt I T T E R V S de gradibus Acad. c. X -- XV. CRVSIVS de Iure
 proedr. I. IV. c. XXXI. §. 67. sq. p. 869. sq. D. Ioannis Georgii II.
 ORDINATIO POLIT: tit. XXII. §. 12. 13. CONRING de antiq.
 Acad. Diss. IV. p. 109. Quod vero in hoc responso etiam adsumitur,
 controuersias de praecedendi iure ex consuetudine potissimum et ob-
 seruantia diiudicandas esse, tantum abest, vt ex allegatis ibi GOD-
 FREDO, BESOLDO, WERNHERO, DE LVDOLF, et DE LYN-
 CKER, comprobetur, vt hi potius ad mores et diuturnam consuetu-
 dinem respiciendum iis in casibus doceant, qui nondum arbitrio
 principis aut rectorum rerum publicarum definiti sunt. Godofredus
 certe, cum quo omnes consentiunt, qui de iure *προεδρίας* scripse-
 runt, inter praecudicia, seu fundamenta et rationes has controuersias
 deci-



decidendi, in loco allegato, litteris 1.) principis, seu priuilegio, 2.) rebus iudicatis, 3.) demum consuetudinem et praescriptionem postposuit; vt clara eius enumeratio et tractatio initio capituli II. ostendit. Nec in laudatis ibidem legum imperii et Constitutionum Saxonicarum textibus vllae praerogatiuae priuatis Doctoribus, nobilitati tantum inferiori vtunque exaequatis, assignantur prae his, quos dignitate publica et honorato munere Principes ornarunt. Quare non satis accurate concipitur ratiocinatio ex verbis generalioribus, et perperam praeterea munus publicum cum dignitate et aliqua a Principe mandata potestate coniunctum in republica administrantes comparantur officiis aulicis infra consiliarios, (den Hoff-Bedienten, so keine Räte sind;) quod argumentum si valeret, quid dicendum foret de officialibus et praefectis aliis, simili potestate praeditis, in rebus cameralibus, Steurae, rerum metallicarum, rei forestalis? Nam quorum fidem ad hoc Princeps elegit, vt rebus publicis, quibus ipsius dignitas et potentia sustentatur atque vtilitas iuuatur, praesint, addita et cognoscendi, et decidendi intra certum modum, et ad ipsum in supremis consiliariorum collegiis referendi facultate, qua ratione hi auctoritatem essent conseruaturi, si infra conditionem priuatorum, quamuis honoratorum, deprimerentur? Professores certe in Academicis ordinarios, qui omnium facultatum Doctoribus praeferuntur, haud grauatim munus Synephoriae, seu coinspectionis, suscipere constat, qui tamen seruitia aulica (Hoff-Bedienungen) infra consiliariorum locum ducenda forte non susciperent. Innumera etiam ex aliis momentis contra istam legum Saxonicarum allegationem adferre liceret. Quando ordinatio Politiae Saxonica A. C. 1661. a Serenissimo Electore condita fuit, nondum officialium Accisae, quales nunc nouiter formato et instructo supremo eius collegio dantur, ratio haberi potuit. Ad quid ergo lex origine rei prior allegatur? Deinde in toto isto textu nihil de subordinatione graduum honoris disponitur, quod iis in constitutionibus fieri solet, quae vocantur proedriae et aulae ordinationes, (Rang- und Hoff-Ordnungen) sed modus tantum decori vestitus secundum ordinem collegiorum et officiorum, imo et pro-



proportionem salariorum, praescribitur, vti patet ex ipsis sacratissimis apicibus, in verbis praefertim, quae diuerso characterum ordine dignitatum stricte non obseruari, sed promiscue in vnam classem conici primis officiales Principis, qui in altera classe nondum nominati erant, non vt iis aliquid iuris aut honoris detrahatur, sed vt secundum discrimen conditionis et datae cuiuslibet in munere praerogatiuae decus et moderationem sequi iubeantur? Quid enim aliud volunt verba: sich der Gebühr bezeigen, nicht über ihren Stand, sondern vielmehr nach Unterschied ihrer Bestellungen etc. et rursus: wie auch unter ihnen selbst nach Gelegenheit ihres Amtes ein Unterschied zu spühren. Ne autem quisquam obiciat, plura in pretioso vestitu permitti Doctoribus et Consiliariis Principum, quam his officialibus, vnde illos dignitate his praeferri appareat, varia monenda sunt. Doctorum vestitus consuetudine et moribus, et in honorem studiorum atque academiarum, non personarum, prius inuenerat, quam privilegio tam legum Imperii, quam Saxoniae, confirmaretur. Obseruantia ergo fuit in causa, non respectus dignioris praee aliis, quibus a Principe honorata ministeria imponuntur, loci, vt Consiliariis ea in re aequarentur. Vt autem a Consiliariis ea distinctione reliqui officiales honoratiores discernerentur, non respectus ad dignitatem Doctorum, sed correlatio inter aulae ministeria et diuersus salariorum modus effecerunt. Privilegium autem honoris speciale tollere generalius, quantum ad vniuersam dignitatum rationem attinet, non potest; praefertim vbi Principis et iudicium et utilitas

a) Ordin. Pol. 1661. p. 1589. T. I. C. Aug. § 15. Es sollen auch unsere Hof- Diener, so nicht graduirte Personen und Räte seyn, als Renth- Cammer- und Münz- Meister, Item Buchhalter bis auf die Secretarien, Protonotarien, Renth- hey- und Consley- Verwandten (so nicht bloss Copisten) eingeschlossen, wie auch die Rath- s- Personen derer Städte, sich der Gebühr bezeigen, nicht über ihren Stand, son-

dern vielmehr, nach Unterschied ihrer Bestellungen, vor sich oder die Ihrigen, herausbrechen, und also heissen, daß zwischen ihnen und vorgelegten Stand, wie auch unter ihnen selbst, nach Gelegenheit ihres Amtes ein Unterschied zu spühren; wie dann ihnen ganz Nitasse Kleider, und ihren Weibern ganz Nitasse Röcke zu tragen, verboten seyn soll.

litās in aestimationem veniunt. Et quam nihil agant, qui ex huiusmodi vestiariis legibus iura Doctorum, priuatorum tantum nec dignitate publica ornatorum, extollere, et eximiis honorum praemiis, quae ob merita tribuuntur, inter quae referendam esse conditionem Schriftfassicam iam ostensum est, aequalia facere conantur, egregie iam docuerunt G. v. HAGEN Discursu nouo de nobilitate ex doctoratu iuris Qu. I. et II. et ITTERVS, ipse ICTus celeberrimus et doctissimus, de gradibus Acad. c. XI. §. XXIII. ad finem vsque capituli. Haec, quae ad hunc vsque locum perueniens in dato responso obseruanda duxi, ex iure fere communi ducta sunt, et ex Iure Saxoniae Electoralis proprio petita, eam ob causam, vt ostenderetur, quam nihil rationale aut legibus praescriptum mouere responsi auctorem potuerit, sic vt responderet. Nunc considerare placet responsi occasionem, seu vt loquuntur ICTi, narretur casus. N. N. fuit praefectus quidam, nondum honoribus vllis praeter administrationem praefecturae cameralis, et, ne titulis quidem, auctus, qui eo tempore praediam praefecto sibi, quod iuris certi et definiti est, vindicantibus duobus Accisae Inspectoribus antiquioris loci in officio publico, his offensus Doctore M. priuato ibidem N. N. testimonium iudiciale, quod attestatum uocant, dederat, quasi eo in oppidulo Landsassico, id obseruantiae esset, quod in memorato responso decidere sibi visus est auctor. Inde rescriptum etiam, quod in hoc allegatur, d. d. 23. Mart. A. 1730. elicium ad sublesta narrata fuit. Ex quo vero idem praefectus N. N. dignitate praefecti circularis et consiliarii Electoralis in praefectura N. N. auctus fuit, valde poenitere ipsum sui facti coepit, perspectis incommodis hinc orituris. Inde, cum triennio post D. Medicinae N. N. testimonium, quale supra memoratus D. M. N. N. obtinuerat, ab eodem postulasset, non repulsam modo tulit; sed, quia vserat, relatio ad Ser. Principem vt fieret, ad quem prouocauerat, rescripto clementissimo d. d. 23. Mart. 1733. quiescere, petito reiecto, coactus fuit. Excerptum, seu, vt vocant, extractum Actorum sub (A.) inuenies, laudatis Actorum foliis; nisi quod nomina suppressenda duxi, tunc certe sub fide publica excitanda, vbi

B

rursus

rursus dignitas nostra publica, a Serenissimo Principe collata, eodem modo in dubium vocari coeperit. Sed enim mirificum est, hoc potissimum responso probare voluisse suam thesin Illustrem Auctorem Rhapsodiae, quod propter Rescriptum, a Ser. Principe melius informato emissum, vim atque robur rei iudicatae sustinere nunquam potuerit. Nec illud etiam praetereundum puto, eo minus huius responsi auctoritate istam thesin confirmari, quia in ipso exceptio subiuncta est, nisi per obseruantiam eius loci aliud introductum, vel specialibus rescriptis Principis ex Regiminis consilio contrarium sit constitutum. (Wenn nicht etwa durch Observanz zu S. bisz anhero ein anders hergebracht, oder in allergnädigsten aus der hohen Landes-Regierung ergangenen Special-Befehlen das Gegentheil verordnet ic.) Ex his enim habemus plane id, quod cupimus; quia plurima clementissima rescripta Regia et Electoralia exstant, quibus contrarium huius theses et responsi in Rhapsodia sancitum est, quorum aliquot saltem descripta exempla sub B. C. D. E. F. subiicere visum est. Cui vero illud quoque in toties dicto responso satisfaciet, quod exceptio ad rescripta solum specialia celso Regiminis ex Collegio emissa restringitur? Cui nota est supremorum Serenissimi Principis in Saxonia Electorali collegiorum historia et ratio, iure dubitabit, num Regiminis consilio, cuius tamen in rebus iustitiae et politiae amplissimam potestatem nemo ignorat, huiusmodi caussarum decisio priuatiue commissa sit? Taceo Sanctioris seu Intimi Consilii supra omnia collegia eminentem et vigentem auctoritatem. Ipsum Accisae collegium ea potestate mixti imperii pollere quis negabit, qua et iurisdictionem suam exsequi et tueri legitime, et ex vtilitate Principis atque pro communi patriae bono descripta et subiecta ipsi officia ordinare et defendere possit? Si auctor responsi notitiam nouissimarum ordinationum Regiarum et Electoralium habuisset, uix ad eum modum pronuntiare potuisset videretur.

Quae

Quae hic ad TE, Fautor atque Amice maxima obseruantia co-
 lende scripsi, raptim et subitanea meditatione collegi, submittenda
 TVO, quo polles, acri iudicio. Rogo autem atque obsecro, vt pignus
 hoc quidem amicitiae recipere digneris; quid vero de tota hac quae-
 sitione sentias, non pro amicitia, sed pro veritatis amore et causae
 ad tot viros Principis iudicio honoratos communiter pertinentis,
 grauitate, mihi beneuole aperire et rescribere velis

TVI CLARISSIMI NOMINIS

CULTOR OBSERVANTISSIMVS

B 2

A. EX-



EXTRACT

Aus einem Schreiben des Accis-Inspectoris emeriti zu

N. N. im N. N. Herrn N. N. vom

17. Junii 1765.

Auf Ew. an meinen Sohn, unterm 12ten huius erlassene geehrteste
Zuschrift communicire beygehend die, in parili ao. 1735. vor
dem N. N. Accis-Commisariat an 145. foliis ergangene Acta, nebst
beygelegten und ad fol. 40. mit gehbrigen Allergnädigsten Rescripte
von 7. Febr. 1736., unter dem dienstlichen Vermelden, wie ich selbst
damahls in dergleichen, mir so wiedrige Praecedenz-Sache, lediglich
ex factis des ehemahligen allhiesigen bekantten Herrn Amtmanns,
und nachherigen Commissions-Rathes und Creyß-Amtmanns N. N.
zu N. N. seel. dadurch, wieder Willen, gezogen worden, weilm derselbe,
aus blossen priuat Affecten sowohln gegen meines Sohns Antecessorem,
den Herrn Accis Inspector N. N. zu N. N. seel., als
auch meinen Herrn Vorfahern, den Accis-Inspector N. N. seel.
allhier, da beyde, als ältere Accis-Inspectores, vor dem Herrn Amtmann
N. N. den Vortritt, wie Rechtens, nahmen, dem ex fol. 31.
bekand-

befaunden Medico Herrn D. N. N. zu N. N., ein beyfälliges Atte-
 stat zwar ausgestellt, und dadurch das von der Juristen-Facultact
 zu Leipzig in der Rhapsodie mit angezogene Rescript vom 23. Mart.
 1730. bewürcket, nachhero aber, und nachdem wieder und vor ihn,
 den Herrn Amtmann N. N. selbst, jxt. fol. 73. sqq. sowohl der Herr
 Accis-Commiffariats-Adiunctus N. N. seel. allhier, als auch andere
 jüngere Promoti e. gr. Herr D. N. N. etc. den Vortritt praetendi-
 ret, jene passionirte Uebereilung gar sehr bereuet; daher denn auch
 3. Jahre nachhero dem ehemahligen D. Medicinae Herr N. N. zu
 N. N. das gesuchte und vorhin dem D. N. N. erteilte Attestat abge-
 schlagen, er, Herr D. N. N. also gegen den Herrn Accis-Inspector
 N. N. jxt. fol. II. durch das darauf ergangene allergnädigste Rescript
 von 23. Martii 1733. abgewiesen worden.



B.

Friedrich August König K. Chur-Sürst K.

Sohlgebohrne, Beste, Hochgelahrte, liebe getreue K. Auf Uns geziemend beschehenen Vortrag eurer gehorsamsten Berichte vom 25. Jul. und 22. Sept. 1761. lassen Wir es in Ansehung des Vortritts des Accis-Inspectoris zu Sorau, vor dasigen Doctoribus Medicinæ, bey unserm Rescripte vom 29. Dec. 1742. lediglich bewenden, und wollen hiernächst, daß solcher Vortritt gleichmäßig auch dem Accis-Co-Inspectori, und dem Post-Commissario allda, zustehen solle. Wir begehren dannenhero, nebst Remission 3. Stücken Acten, hierdurch gnädigst, ihr wollet die Doctores Medicinæ dessen bescheiden, und sie mit ihrem Suchen ab- und zur Ruhe weisen. Daran geschiehet Unser Wille und Meynung. Und Wir sind euch mit Gnaden gewogen. Geben zu Dresden, am 6. Aug. 1763.

W. A. Gr. v. Stubenberg

In
die Ober-Amts-Regierung zu Köben,
den Rang des Accis Inspectoris, auch
Co-Inspectoris, ingleichen des Post-
Commissarii zu Sorau, über die Do-
ctores Medicinæ best.

Friedrich Ludwig Wurmb.

C. Fried:

C.

Friedrich August König ꝛ. Chur-Sürst ꝛ.

Sohlsgebohrner, Beste, Hochgelahrte, Rätke, liebe getreue; Uns ist von euerm, occasione des zwischen dem Accis-Procuratore, George Matthaëus Vossen, und dem Burgermeister Christian Friedrich Cruciano, auch D. Johann Gottfried Runteln, entstandenen Rang-Streits sub dato, den 18. Nov. A. 1738. erstatteten gehorsamsten Bericht, geziemender Vortrag geschehen. Nachdem nun, daß der jedesmahl in dem Stadt-Regiment stehende Burgermeister zu Lübben nicht allein dem Amtmann daselbst, mit welchen der Accis-Inspector und Accis-Procurator gleichen Rang der Anciennetaet nach zu genießsen hat, sondern auch denen beyden Ober-Amts-Regierungs-Secretariis und dem Consistorial-und Land-Gerichts-Protonotario vorgehe, auf einer alten Observanz beruhet; So wollen Wir es zwar hierbey bis zu Unserer anderweitten Verordnung bewenden lassen, haben aber auch, daß künftig respectiue, dem in denen Sechß-Städten Unsers Marggrafthums Ober-Lausitz gemachten Regulativ gemäß, ermeldten jedesmahligen im Regiment stehenden Burgermeister, denen beyden Ober-Amts-Regierungs-Secretariis und Protonotariis, ferner dem Amtmanne,
 Accis-



Accis-Inspectori und Accis-Procuratori die Doctores Juris et Medicinae nachgehen sollen, resolviret. Begehren dahero nebst Remission des eingesendeten Voluminis Actorum hierdurch gnädigst, ihr wollet euch darnach achten, und gleichwie durch Unser General-Accis-Collegium die Accis-Bedienten behörige Bedeutung hierunter erhalten, also auch euers Orts vorerwehnte übrige Interessenten, und darunter zugleich D. Runteln, dessen an Uns ergriffene Provocation Wir rejiciret, dessen bescheiden. Daran geschiehet Unser Wille und Meynung. Und Wir sind euch mit Gnaden gewogen. Dresden am 29. Dec. 1742.

Carl August G. v. Reg.

Aus
dem Hochprecht. Geheimen
Confilio

In
die Ober-Amts-Regierung
zu Lübben

George Lebrecht Wilke.

D Fried:

D.

Friedrich August König ꝛ. Chur = Fürst ꝛ.

Sieher getreuer. Nachdem Unsere gnädigste Willens-Meynung, in Sachen, die zwischen dem Accis-Procuratore, Gedrge Matthäus Boffen zu Lübben, dem Burgermeister Christian Friedrich Cruciano und D. Johann Friedrich Kunteln daselbst, entstandenen Rang-Streitigkeiten betreffend, dahin gehet, daß künftig der Accis-Procurator sowohl, als Unser Amtmann, und Accis-Inspector zu Lübben, (als welche dreye unter sich der Ancienneté nach rouliren) zwar den Vortritt vor denen Doctoribus Juris et Medicinae haben, iedoch dem jedesmahl in dem dasigen Stadt-Regiment stehenden Burgermeister, der in denen Ober-Lausitzischen Sechs-Städten, und nicht minder in Lübben hergebrachten Observanz gemäß, bey welcher Wir es, bis zu Unserer anderweiten Verordnung bewenden lassen, nachgehen sollen, und Wir deshalb, und wegen derer übrigen darbey concurrirenden

C

Perso-



Personen an Unsere Ober-Amts-Regierung zu Lübben, Resolution
ertheilet; Alß haben Wir dir solches ebenfalls nicht bergen mögen, mit
Begehren, du wollest deines Orts denen Interessenten hiervon Eröffnung
thun, und, daß sich hiernach gebührend geachtet werde, Obsicht tra-
gen. Daran geschiehet Unser Wille und Meynung. Geben zu Dres-
den, den 18. Jan. 1743.

W. C. Sternickel

Aus
dem Hochbl. Gen. Accis-
Collegio

An
Accis-Commissarium
Wagnern.

G. F. Hemmann S.

E. Fried

E.

Friedrich August König ꝛ. Chur-Fürst ꝛ.

Sieher getreuer. Wir remittiren dir hiermit angeschlossen das M. Apr. a. c. zu Sorau, gehaltene Revisions-Protocoll, und ertheilen hierauf zur Resolution, daß da, quoad 42dum nach dem, unterm 17. Febr. 1735. nach Luckau, ergangenen Befehlen, und denen, in selbigen allegirten Ursachen, dem Coinspector dafelbst, allerdings der Rang über denen graduirten Personen zustehet; Als ist, wenn es sich mit dem jetzigen Coinspector August Willhelm Köhlern zu Sorau, gleichermassen als mit dem damahligen Coinspector Passerin, zu Luckau verhält, denen Doctoribus Juris und Medicinae, auch andern graduirten Personen zu Sorau, solches zu erkennen zu geben, und haben sie dem Coinsp. Köhlern in solchem Fall, den Rang, und Vortritt allerdings zu lassen, auch hat es übrigens bey dieser Revision sein Bewenden. Daran geschiehet Unser Wille und Meynung. Geben zu Dresden am 2. Junii, 1761.

Ernst Friedr. von Hagen

An
Accis-Commissarium
Hagmann.

C. T. von Wichmannshausen S.

F. Friedr.



F.

Friedrich August König rc. Chur-Sürst rc.

Sieher getreuer; Wir haben vortragen und verlesen hören, was von dir unterm 5. April. h. a. wegen des denen dasigen Accis-Einnehmern zustehenden Ranges unterthänigst einberichtet, und vorgestellet worden. Nachdem Wir es nun auf gleiche Weise mit denen Lübbnischen Accis-Einnehmern gehalten wissen wollen, als sich ratione derer Accis-Einnehmer, des Rathes und derer graduirten bey der gleichfalls zum Marggrafthum Nieder-Lausitz gehörigen Stadt Luckau betragen werden muß; Als sollen fernerhin jederzeit die Ober-Accis-Einnehmer nach denen Stadt-Richtern gehen, die andern Accis-Einnehmer mit denen übrigen Rathes-Gliedern rouliren, und hast du solchem gemäß dem dasigen Rathe und graduirten zu ihrer Nachachtung behörige Injunction zu thun, auch auf dasiger Einnahme das hierbey erforderliche zu verfügen. Daraan geschiehet Unser Wille und Meynung. Datum Dresden, den 25. April. 1749.

H. H. v. Heringen

In
 Insp. Weissen
 zu Lübben

2 nslandentambsiW nov .T 2

G. F. Hemmann S.

1749

me

Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



EPISTOLA
C. A. Z.
AD AMICVM
I. H.
STATE INSPECTORVM
SAE GENERALIS
COMMVNI ET SAXONICO
RECENTIORE
DA MEDITATIONES COMPLECTENS
CTIS DOCUMENT. AVTHENT.
(Rang der Accis-Inspectorum)

Vf
2746



FRANCOFVRTI 1766.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA